



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-842451-p0001-0

DFG

M 1797 v.a.

1796, 5
5

DISSESSATIO IN AVGVRALIS

DE

DELATIONE DELICTORVM IN DVCATV
BREMENSI ET VERDENSI, INPRIMIS DE
MVLCTA A PAGORVM INCOLIS, QVI FV-
RVM LIGNARIORVM NOMINA NON
DETVLERVNT, PRAESTANDA.

QVAM

ILLVSTRI IVRECONSULTORVM ORDINI
IN
ACADEMIA IVLIA CAROLINA

VT

SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
RITE IMPETRARET,
MENSE APRIL. A. C. MDCCCLXXXVI.

EXHIBVIT

ET PVBLCI IVRIS FECIT
AVGVSTVS GVILIEMVS CAROLVS GEORGIVS
RIBBENTROP
BRVNNSVICENSIS
NVNC ADVOCATVS STADENSIS.

HELMSTADII

TYPIS C. G. FLECKEISENII, ACAD. TYPOGR.

A.G.C.Y. Ribbentrop de Delatione Delictorium.



VIRIS
EXCELLENTISSIMIS ET ILLVSTRISSIMIS
GOTTHELF DIETERICO DE ENDE

AVGVSTISSIMO MAGNAE BRITANNIAE REGI A CONSILIIS
INTIMIS PRAESIDI COLLEGIORVM REGIORVM PER DV-
CATVM BREMENSEM ET VERDENSEM REGIONI
HADELENSI PRAEFECTO

NICOLAO DE DECKEN
AVGVSTISSIMO MAGNAE BRITANNIAE REGI A CONSILIIS
INTIMIS ET CONSILIARIO EIVS IN SVPREMO
REGIMINIS COLLEGIO

IOANNI GEORGIO DE VSLAR
AVGVSTISSIMO MAGNAE BRITANNIAE REGI A CONSILIIS
REGENDORVM DVCATVVM BREMENSIS ET
VERDENSIS

IOANNI IVLIO CONRADO DE SCHLÜTTER
CANCELLARIAE CONSISTORII CVRIAEQVE AVLICAE
IN DVCATV BREMensi ET VERDENSI VICE-
DIRECTORI

VIRIS QVE
PERILLVSTIBVS ET GENEROSISSIMIS
IN CANCELLARIA REGIA A CONSILIIS
FRIDERICO ANTONIO GEORGIO
DE SPILKER
ERNESTO FRIDERICO DE WILLICH
CLAMORI FRIDERICO ADOLPHO
DE BVSCHE
IOANNI DETLEF DE HAMMERSTEIN
BVRCHARDO OTTONI IOANNI DE DECKEN
ADOLPHO FRIDERICO DE HINÜBER
DOMINIS ET PATRONIS SVIS INDVLGENTISSIMIS
HANC DISSERTATIONEM
DEVOTISSIMI ANIMI SIGNIFICANDI CAVSA PIA INTER VOTA
D. D. D.
EIVS AVCTOR.

ARGVMENTVM.

- §. I. In indicandis delictis, vel *perpetratis* vel *adhuc perpetrantis* naturae illorum generisque ratio habenda est.
- §. II. Crimina in futurum *perpetranda* deferri debent tam
a) iure *societatis naturali*, quam
- §. III. b) iure *positivo*, sine vlo discrimine.
- §. IV. Crimina iam *commissa* non necessario sunt deferenda
a) iure *sociali*,
- §. V. b) iure Romano, exceptionibus tamen quibusdam defi-
nitis, c) iure canonico,
- §. VI. d) iure Germanico communi, cum exceptionibus.
- §. VII. Nostrarum prouinciarum legibus accusandi officium
incolis iniungitur, exceptis tamen quibusdam personis.
- §. VIII. Leges nonnullae poenas constituant in pagorum vico-
rumque incolas, a quibus non deferuntur nomina eo-
rum, qui tefqua combuscerunt laqueosque leporum ca-
piendorum causa posuerunt.
- §. IX. Hae leges non possunt transferri ad furta in siluis
facta.

A 3

§. X.

VI

- §. X. Ius consuetudinarium, quo ab incolis pagorum vicorumue soluenda est mulcta furum lignariorum, qui latent, non irrationabile censendum est.
- §. XI. Id firmatur fententia Summi Tribunalis Cellensis.
- §. XII. Eiusmodi vero ius consuetudinarium prouinciale non existere, rationibus comprobatur.
- §. XIII. Idem fententiae a iudiciis latae confirmant.
- §. XIV. Passim tale ius reperiri, non negandum est. Id vel praescriptione vel voluntate Principis vim obligandi accipere potuit.
- §. XV. Illo vero iure non semper agi potest.

§. I.

§. I.

Iam ante hos triginta annos de eo inter nostrates (*) disceptatum est, mulcta furtorum lignariorum in filiis publicis commissorum vtrum a vicorum incolis, qui maleficorum nomina haud detulerunt, soluenda sit, nec ne. Ex eo inde tempore quam diuerfae atque inter se discrepantes in iudiciis sententiae ex illo argumento latae sint: operaे omnino pretium esse crediderim, hac data scribendi opportunitate rem retractare, denuoque sub examen vocare.

Antequam vero ad id, quod caput est, perueniamus, quaerendum videtur, num incolae Ducatum Bremensis et Verdensis ad delicta deferenda

omnino

- 1) Huc pertinent duas commentationes, quarum altera sic inscribitur: *Ein bewährtes Mittel wider die Holzdiebereien; oder Beweis, dass in den Herzogthümern Bremen und Verden ganze Dorfschaften, wenn aus denen ihnen benachbarten Holzungen Holz entwendt worden, entweder den Thäter ausmachen, oder für die Strafe haften müssen; von P. C. v. Fink h. Stadae 1765;* alterius nomen hoc est: *Unvorgreifliche Gedanken von Verschweigung der Missföhren und Bestrafung derer, die, nach verübtien Holzdiebstählen, den unbekannten Thäter anzuzeigen unterlassen; von Dietrich Kerstens, ibid. 1766.*

VIII

omnino sint adstricti. Quod cum neget Cl. Kerstens, qui de ea re commentatus est, prouocetque ad ius commune, quo deferendi necessitas imposita non sit: ego vero, hanc opinionem non solum communi iuri parum consentaneam per omnia esse, sed et nostras leges plane ab illa abhorrere, existimo.

In illa autem quaestione, vtrum et quando delicta sint deferenda, discrimen inter delicta, quae committenda adhuc sunt, et ea, quae iam commissa, statuamus, necesse est. ⁽²⁾

§. II.

Primum de *futuris* delictis res tum ex iure societatis naturali, tum ex ciuili iure aestimanda est. Nam quum eorum, quae ad vitæ usum pertinent, copia sensim creuisset, singulaeque familiae maioribus subiicerentur periculis: quaedam inter eos societas conflata est, atque communicatio utilitatum, ut mutuum sibi praestarent auxilium, et iniurias aliaque incommoda coniunctis viribus propulsarent, siue, ut paucis dicam, salutem publicam procurarent. Iam vero quoniam salus publica singulorum potissimum sociorum salute continetur, singulis haud dubie officium incumbit, huic non minori, quam illi, cura prospiciendi. Inde intelligitur, eos, qui mala non omnibus tantum, sed singulis quoque imminentia auertere omittunt, ea ipsa, dum partes sibi datas non tuentur, fed

2) Pluribus rem exposuit I. H. Boehmer diff. *de obligacione ad reuelandum occulta*, quae prostat in *Exercit. ad Pand. T. VI. ex. 97.*

sed negligunt, gignere vel adiuuare, (³) adeoque communem illum, quo omnia sunt referenda, finem tollere. Quicunque igitur adiuuasse criminā adhuc futura videri nolit, is vtique operam dabit, vt illa, quam primum ipsi innotuerint, impeditat. Quod si alio modo fieri non potest, quam vt ea deferantur, id quidem exigunt officia, quae ab ipsa societatis natura proficiuntur.

Quaesitum fuit, num haec officia maiora sint iis, quae cognitionis nobis iniungit propinquitas, num itaque pater a filio, vel hic ab illo sint deferendi, si aliquid conentur, quod saluti societatis aduergetur? Patrem, si vel bona auferat publica, aut facrilegium committat, a filio defendendum, Cicero censet. (⁴) Et manifestum est, a veritate eum nimis deflectere. Ehi enim raro filius publici criminis accusabit patrem et

3) *Qui quiescunt, dum aliis fit iniuria, probant: cum patiuntur, decernunt: cum tacent, clamant.* Cicero orat. in Catil. I. c. 8. *Qui enim non defendit, nec assistit iniuria, si potest, tam est in vito, quam si parentes aut amicos aut patriam deserat.* Cicero de offic. L. I. c. 7. *Qui non vetat peccare, cum possit, iubet.* Seneca Troad. v. 291. Cf. Hugo Grotius de iure belli et pacis, L. II. c. XVII. §. 6. Puffendorf de iure nat. et gent. L. I. c. V.

4) *Quod si pater fana expilet, cuniculos agat ad aerarium, indicetne id magistratibus filius? nefas id quidem est, quin etiam defendat patrem, si arguatur: non igitur patria praestat omnibus officiis?* imo vero, sed ipsi patriae conductit, pios ciues habere in parentes. Cicero de offic. L. III. c. 23.

et nunquam fere is accusator innocens, nendum probus erit homo; contingere tamen illud utique potest: quo facto verissimum esse puto, quod subtilis nostri aevi philosophus (⁵) contendit, a filio emancipato, cuius et institutio perfecta et corpus animusque excultus sit, (quos tanquam fines ac terminos constituant philosophi, quibus patria potestas circumscribenda videatur) officia publica iis, quae patri praestanda sint, et in hac aetate non nisi grato amore contineantur, praefferenda esse.

§. III.

Romani quidem in eo genere delicta publica a priuatis sedulo distinxerunt. (⁶) Nostro autem iure is, qui delicta olim perpetrandam non defert, particeps eorum censendus est. Quo atrocius vero est aliquid crimen, quoque magis saluti publicae obest, eo magis ad illud indicandum obligamur, et eo maior reticentiae debetur poena. Neque Crellius (⁷) mihi persuasit, in priuatis delictis, quibus singuli violentur quidem, neque tamen adeo magno adficiantur in commodo, consciis aliquando ignosci, si non indicauerint periculum futurum. Etenim omnium hodie est, crimina impedire (⁸): quod qui non facit, merito

5) Garve philosophische Abhandlungen zu Cicero's Büchern von den Pflichten, p. 249.

6) Quistorp Grundsätze des teutschen peinlichen Rechts, §. 62.

7) Crell de poena silentii, §. 3.

8) Meister rechtliche Erkenntnisse und Gutachten in peinlichen Fällen, Dec. 30. n. 25 - 27.

rito particeps eorum et culpae compos esse iudicatur. Quod si itaque indicio delicti prohiberi potest, quo minus id admittatur, manifesto adparet, illud defendum esse.

§. IV.

Deinde ad *praeterita* delicta quod attinet, et si fatus societatis postulat, ut facinora, cuiuscunque generis sint, non inulta impunitaque dimittantur, quique eius ordinem et instituta perturbent, inde eiificantur: nemo tamen necesse habet, aliquem ob maleficium iam commissum deferre. Nam et indicio facta infecta reddi nequeunt, et saluti publicae fraudi foret quam maximae, si quilibet, quod male et iniuste fieri vel vidit vel comperit, prodere deberet. Quod si ita esset, persaepe, imo plerumque iudex, si non nulla ratione, temere saltem atque contra ius et fas agere videretur, qui falsum puniret accusatorem. Falsa autem censenda est omnis accusatio, quae satis ac plane probari non potest, quam ob causam reus a iudicio absoluatur. Iam saepissime contingit, ut malefactum alicui sit notum, quod tamen argumentis rationibusque dilucidis certe ac indubiis firmari nequeat, quum plures arbitri non adfuerint. Quod si huius itaque officium esset indicare, quod haberet cognitum: vel poenam haud mereret, si veritatem proprii, cuius alium insimulat, non satis comprobare posset, vel eam lueret propter obedientiam legibus praestitam. Si vero is culpa non tenetur, etiam omnes, qui scientes aliquem falso accusant (quoniam neino est, qui animi secreta rimari possit) impune id

ferant necesse est, quam diu calumniae conuinci nequeunt malae ac improbae. Quam miserum id foret, vix est, quod dicam: ita enim ne innocentissimus qui dem de vita, aut certe de bona existimatione et tranquillitate vitae securus esse posset, quoniam calumniae suspicio nunquam prorsus tollitur, nisi auctor eius singulari improbitatis poena, et quae exemplo suo deterrere alios possit, coērceatur. Illud vero aliter fieri non posset, si salus communis id nobis iniungeret, ut quocunque maleficium oculis perceptum indicaremus. (⁹) Non deerunt forte, qui dicant, eadem praecpta ad crimina etiam nondum commissa transferenda esse. Enim uero id locum non innuenire, statim apparet iis, qui reputauerint, quoties eiusmodi malefacta deferantur, haud difficile esse viam inire, qua non modo famae reorum, si falsa sit accusatio, confutatur, sed etiam, si vera, praecaueatur, ne quis temere peccet. Quodsi autem, facto indicio maleficii iam suscepisti, quaestione demum de eo habueris, fieri non potest, quin de honesta reorum existimatione detrahatur.

§. V.

Apud Romanos male audiebant accusatores, quod vel ex notissimo illo Ciceronis (¹⁰) loco intelligitur.

Quum

⁹) Michaelis *Mosaisches Recht*, Th. 6. p. 290.

¹⁰) *Duri hominis vel potius vix hominis esse videtur, periculum capitinis inferre multis: Id cum pericolosum ipse est, tum etiam fōrdidum ad famam committere, ut accusator nominetur.* Cicero *de officiis*. L. II. c. 14.

Quum vero praemia etiam illis ab eo tempore, quo non ipsi amplius magistratus, vt olim, maleficos accusarent, hoc est ab institutis quaestionibus perpetuis, constituerentur, ne scelus aliquod impunitum discederet; factum est, quod facile praeuideri poterat coniectura. Fortuna ac securitas multarum subruebatur familiarum (¹¹) et detrimentum, quod res publica inde capiebat, mox commoda superabat sperata. Hinc populo nihil inuidiosius erat accusatorum nomine. (¹²) Romanorum leges diserte ac planissime veterant, ad accusandum quemquam cogi, atque adeo nonnullis eo plane interdixerunt. (¹³) In Constitutione illa, quae ex Basilicis in Codicem recepta est, graui poena sancitur, ne seruorum ingenuorumque quisquam accuset. (¹⁴) Neque in his legibus de poenis a falso accusatore sumendis agitur, sed si vel reus conuinci potest id, quod arguitur, fecisse, accusationem tamen ne quis impune ferat, cauetur. (¹⁵)

In

¹¹) Taciti Ann. lib. IIII. cap. 28.

¹²) Accusatoriam vitam viuere et ad deferendos reos prae-mio duci, proximum latrocinio est. Quinctil. Inst. orat. L. XII. c. 7.

¹³) L. 13. 14. 17. 18. 20. et l. vlt. C. qui accusare non possunt.

¹⁴) Neque seruo neque libero homini liceat deferre id, ex quo quisquam aut mortem aut bonorum suorum iacturam pertimescat — seruus quidem statim igni tradatur, maxime si dominum suum detulerit, liber autem homo bonis ademptis et ciuitate amissa, extra fines Romani imperii abeat. 7. Const. C. de delatoribus.

¹⁵) Seruus domini delator in exemplum omnium proditorum

XIV

In illas vero Romanorum leges adscripta est exceptio atrociorum scelerum, v. c. criminis maiestatis, parricidii etc. (¹⁶) quorum vtique indicium profiteri iubebantur ciues: ea enim non sine summo rei publicae detimento impunito videbantur ferri posse. Iure quoque Canonico delicta iam commissa neutiquam deferenda esse, ex nonnullis locis perfpicue fatis intellegitur. (¹⁷)

§. VI.

Quod ad generales Germanorum (¹⁸) leges attinet, Imp. Carolus V. in iure, quod condidit, criminali

rum feuerissimae sententiae subiugari, etiam si obiecta probauerit. L. 6. C. de delatoribus.

16) *L. 5. §. 6. C. ad L. Iul. Maieſt. L. 6. D. ad Leg. Pompei. de parricid. L. vn. C. de raptu virg.*

17) Praecipue id patet ex e. 14. C. 14. q. 2. Ne quis arbitretur, perfectum et spiritualem hominem, pro ista temporali vita, in cuius morte non occiditur *sue sua*, *sue alterius anima*, debere mentiri. Quoniam aliud est mentiri, aliud est verum occultare: siquidem aliud est falsum dicere, aliud verum tacere; vt si quis forte, vel ad istam visibillem mortem non vult hominem prodere, paratus esse debet verum occultare, non falsum dicere, vt neque prodat, neque mentiatur, ne occidat animam suam pro corpore alterius: conf. I. H. Boehmer *diss. cit. Cap. I. §. 8.*

18) Si speciales prouinciarum et oppidorum leges respexeris, in Cellenibus, de quibus vid. *Leibn. t. 3. Rer. Br. p. 483.* haec verba: *Dar nen Wapenrechte wert ghehort un nen elegere is, dar ne mach de Voghet nicht richten: in Brunswicensibus P. 4. art. 6. ap. Leibn. t. III. Swar dem Voghede*

nali tam graues durasque accusatori conditiones tulit, (¹⁹) vt vix vñquam aliquem fuisse crediderim, qui partes eius coram iudicio sibi depopolceret. Quin lege sanxit, ne quisquam ad accusandum cogeretur (²⁰): et maiores nostri prouerbii loco dicebant: *Wir sprechen, es mag ein jeglicher Mann seinen Schaden verschwei-*

Voghede neyn Clage schut, daraf wert eme neyn bote:
in priuilegio quod Ernestus Dux A. R. S. MCCCXXXV
Hamelae vrbi dedit (vid. Puffendorf app. ad t. II. p. 275.)
Item si duo vel plures commiserunt delictum et si nullus
eorum detulerit querimoniam, sed preco ciuitatis illos
pro tali delicto in Plebisito, quod dicitur Echtedinght:
In iur. Sufat. vid. Collect. Stat. Ludolphi p. 809. haec
leguntur: *vortmer, wair ken cleger is, dair ein fall ok*
ken Richter syn, et sy dan Sake, dair Vorsaite edder
Gewalt ges'hugt, wolde dan de Cleger nicht clagen, so
mote man na older Gewohnheit einen Cleger setten, up
dat Unse Gnedige Her und de Raid nich verkortet wer-
de. Nota quoque in vulgus paroemia germanica: Wo
kein Kläger ist, da ist kein Richter. Eam ad actiones
tantum ciuiles referendam esse Hertius, putat. At pri-
mum perspicuum est et manifestum, in Priuilegio et iure
Sufat. modo laudatis sermonem esse de causis capitis.
Deinde vox Wapenrechte significat clamorem violentiae,
qui Saxonibus *Gerüfft* dicitur, et initium erat acnfa-
tionis. vid. Ius prou. Sax. c. 1. das *Geräfft ist der Kla-*
gen Anfang. vid. Ant. leg. mun. Cell. cit. sect. 5. *Swelich*
man beschriget wird vor Gericht kumpt he vore etc. Clam-
orem autem hunc in maioribus tantum criminibus ob-
tinuisse, docet Puffendorf in Iurisd. Germ. P. II. f. II.
c. 1. §. 21.

19) C. C. C. art. XII.

20) C. C. C. art. CCXIII.

XVI

schweigen, ob er will. (21) Exceptiones quidem adduntur, a) nisi sit crimen atrocus v. c. falsae monetae, b) ni statutum adsit, vel c) muneris ratio aliter iubeat. His vero omnibus, quod iam *Kressum* (22) recte monuisse video, tantum abest, vt infringatur vis legis, qua nemo inuitus ad accusandum cogendus est, vt potius multum augeatur et firmetur.

§. VII.

Enimuero nostrae leges prouinciales discrepant a Romanis Germanisque modo recensitis, quibus nemo maleficia, quae iam commissa sunt, deferre cogendus est. Exstat nimirum Lex de inuestigandis delictis (*Criminal. Instruction a. 1749.*) cuius verba cap. I. §. 2. haec sunt: Damit allem Uebel um so mehr gesteuert werden möge, sollen alle Beamte, Magistrate und Gerichte die ihrer Aufficht untergebenen Unterthanen, sonderlich aber die Voigte, Schulzen, Bauermeister, oder andere Unterbediente ernstlich befehligen, auch diefer ihren zu leistenden Pflichten mit einrücken, dass sie alles, was ihnen in Häufern, auf dem Lande, oder in Flecken und Städten, so ihrer Jurisdicition unterworfen, strafwürdig, vornehmlich von oberwehnten Verbrechen, vorkommt, alsofort, und in Ansehung der Zeit, des Orts, Zeugen Anwesenheit, auch wie die That geschehen und zu ihrer Wissenschaft gekommen, mit allen erkundigten Umständen melden, und auf diejenigen, so mit solchen Missethätern unter der Decke liegen, fleissig Acht haben müssen. Dabey sie sich aber bey Vermeidung schwerer Strafe woll zu hüten, die Beamte und übrige Gerichtspersonen auch gehörig aufzumerken haben, dass niemand aus Hass, Neid

21) Hert. paroem. C. III.

22) Kress. not. I. ad art. CCXIII. C. C. C.

Neid etc. oder sonst zur Ungebühr angegeben werde. — Hac igitur lege cuilibet cuius indicium iniungitur criminum⁽²³⁾ sine ullo discrimine, nec quoquam excepto, siue nondum, siue iam admissum, siue maius, siue minus sit. Nam primum inter delicta, quorum mentio et hac §pho fit, et §. II. facta est, ea recensentur, quae saepe adnumerantur leuioribus v. c. furtum: deinde §. II. non nominatim, sed in vniuersum dicitur: *vnd andere etc.* Prudenter autem lex lata est ea conditione, vt malefacta indicare non nisi eius sit, qui certis argumentis atque rationibus firmare illa possit. Id vel ex loco iam laudato patet: nam a) delatores iubentur indicare, quo tempore, quo loco et quo modis gesta sit, quisque ei interfuerit. b) Plane atque aperte dicitur, *dass niemand zur Ungebühr angegeben werden solle.* Ita vero omnino se haberet, si quis deferret ad iudicem, quod satis probari non posset. Omnis enim reus secundum illud praeceptum, quod iam prouerbii locum obtinet et aequitate continetur, *quilibet praesumatur bonus, donec probetur contrarium, innocens censendus est, usque dum accusator planum faciat id, cuius eum arguit.* c) Lex crimin. alio eti loco⁽²⁴⁾ eius-

23) In Germania plures sunt loci, vbi delicta ab incolis deferenda sunt. Affirmat hoc de Ducatu Wurtembergico Lauterbach *de differ. iur. comm. et Würtemb. in caufis crimin. §. 5. n. 6. sq.* Idem de iure Saxonico testatur Matth. Colerus *P. I. dec. 205.* quocum conueniunt ius Palatinum (*Churpfälzische Landesordnung I. 12. §. Damit auch etc.*) et ius Gothanum (vid. *Ord. provinc. a. 1667. P. III. p. 260.*)

24) *Es ist auch nicht genug, dass der Denunciant nur über-*

XVIII

eiusmodi indicium exigit, ex quo veritas criminis commissi tam perspicua est, ut confessum manifesto que deprehendatur.

Ceterum iure Romano illa eatenus confirmatur, quod delicta cognitorum ab his non deferri, nec testimonium dici debeat.⁽²⁵⁾ Lex memorata, quae indicii probationem postulat, quam maxime respondet saluti rei publicae, quae ita cogit, ut nullum crimen impunitum feratur, aliqui abstineant ab iisdem maleficiis. Neque etiam tam crebro scelera edentur, quum cuilibet verendum sit, ne nomen suum deferaatur apud magistratum, si facinus poena dignum suscipere in animum inducat. Quicunque autem accusations propterea improbant, quod multis occasio ad calumniandum obferatur et detrimentum inde capiat securitas tam publica quam priuata, ii profecto nihil rationis

überhaupt sage: Dieser oder jener sey ein böser Mensch und gewohnt allerley sträfliche Dinge zu begehen, sondern er muss die Denunciation, auf ein oder mehr gewisse Verbrechen, auch in Ansehung der Zeit, des Orts, und wie die That geschehen, wer dabey gewesen, oder sonst Wissenschaft davon habe etc. dergestalt umständlich einrichten, als ihm nach Beschaffenheit der Sache nur immer möglich ist; sitemahlen ohne solche höchst nothige Anzeigung der Zeit, des Orts etc. und anderer Umstände, der Beschuldigte sich nicht füglich defendieren, noch den Angeber einer falschen Bezüchtigung überführen kann.

25) Ob auch woll, was die Denunciation und Ansagungen geschehener Verbrechen unbetrifft, ein jeder, dem es die Rechte nicht insbesondere verbieten, dazu gelassen werden muss etc.

rationis idoneae adferunt, si indicium facinoris nemini imperatur praeter eum, qui illud fatis comprobare potest. — Pari ratione iure Romano is tantum audiendus est (26): et hinc praefantissimi ICti (27) negant a quopiam id, quod probari nequeat, indicandum esse.

§. VIII.

Praeterea nostris legibus causae adeo speciatim definiuntur, quibus pagi poena teneantur noxiorum, donec nomina eorum deferant. Reperiuntur in iis verba haec: *Wenn eine Abbrennung in der Heide sich zutragen sollte, und der Thäter nicht auszuforschen, so soll die ganze an der Heide interessirte Bauerschaft den Thäter ausmachen, und bis so lange, der Strafe halber, vor selbigem in die Stelle zu treten gebunden seyn.* (28) Huic legi iungenda est alia ea- que recentior, qua res accuratius planiusque explicatur, grauiorque constituitur poena. Summa eius haec est: *Dassfern demnach in der Heide oder im Holze ein Feuer aufkommen würde, und denn allerdings zu vermuthen, dass jemand derer bey der Feldmark oder Weidegerechtigkeit Interessirten davon Wissenschaft habe, oder es aus Bosheit der Hirten, oder wenigstens aus Nachlässigkeit der Weiber, anderer Domestiken oder beym Viehe befindlichen Jüngens, wofür der Brodherr mit zu repondiren schuldig, entstanden; so sollen ob- ermel-*

26) *Non licet in eo, quod non possit ostendi, iudicum animos commoueri.* L. 8. C. de calumniatoribus.

27) ICti Tübinger. T. IIII. conf. 131. n. 30.

28) Lex d. ii. Dec. 1705. vid. Anhang der Polizey-Ord-
nung p. 374.

ermeldete gesammte Interessenten schuldig und gehalten seyn, den Thüter innerhalb kurzer Frist auszumachen, und bis dahin nicht allein der Hud und Weide, auch aller sonst an dem Orte habenden Gerechtigkeit verlustig, sondern auch den daher entstandenen Schaden zu ersetzen gehalten seyn, solchergestalt, dass, wenn zu unrechter Zeit und ohne erhaltene Verwillingung, Heide angezündet würde, und die Strafe einer ganzen Dorffschaft oder mehrere anzusetzen wäre, selbige für jeglichen Morgen von 120 Ruthen des abgebrannten Platzes einen Reichsthaler zu bezahlen schuldig seyn. (29) Eiusdem argumenti est lex lata de laqueis, qui leporum causa (30) furtim ponuntur: *Dafs daferne*

29) *Lex de 1. Dec. 1724.* vid. *Anh. der P. O. p. 1128 et sq.*

30) Kerstens in tractatu supra laudato §. 79. dicit: Zudem ist das Heidebrennen und Schnarrenstellen eine nach dem natürlichen Rechte unverbotene Handlung, die Holzentwendungen aber gehören, mit allen Diebstählen, zu den Verbrechen, welche göttliche und menschliche Rechte verabscheuen und infamiam nach sich ziehen. Non quidem is sum, qui negem, iure naturae nobis comburendorum tesquorum laqueorumque ponendorum potestatem dari. Sed eodem iure furti quoque faciendi facultatem nonnunquam concedi, iam docuere Puffendorf *L. c. in L. II. cap. II. §. 5.* et *Grotius L. II. c. 2. §. 6.* Scriptis vero legibus actiones istae vetantur et poenae in eas constituuntur; adeoque ad delicta pertinent. Quaecunque efficiunt, ut secundum ius naturale furtum sit licitum, legibus scriptis non nisi ad culpam imminuendam poenamque mitigandam valent. — Factum eorum, qui clam leporum capiendorum causa laqueos ponunt, omnino furtis adnumeranda est. Res modo vertitur in eo, vtrum ad delicta iam commissa an inchoata tantum referendum id sit. Illud criminum genus com-

daferne hinkünftig einige Haasenstricke gefunden, und die Steller nicht auszuforschen seyn sollten, diejenigen Dorffschaften, in deren Gränzen diejenigen Büsche und Heide, in welchen die Haasenstricke gefunden worden, belegen, entweder den Thäter zu benennen, oder zum wenigsten, auf welchen desfalls ein gegründeter Verdacht zu bringen sey, bey der Obrigkeit anzumelden schuldig seyn sollen. Und gleichwie solches zu thun, denen an besagten Büschern und Heiden interessirten Hausleuten um so viel leichter und thunlicher seyn wird, als sie wegen ihres täglichen, sowohl wegen ihres Viehes als anderer Geschäfte halber in Heiden und Büschern habenden Umganges, einen dergleichen Haasenstricker, wo nicht wirklich auf frischer That antreffen, doch eine wahrscheinliche Anzeige wider ein oder anderen, daferne sie sich selbst deshalb nicht verdächtig machen wollen, beyzubringen, stets Gelegenheit haben; also soll widrigenfalls die ganze Dorffschaft wegen solches Strick- und Schnurrenstellens besprochen und bestraft werden. (31)

Leges

complectitur omnes actiones, quas secundum leges, vt Horatii verbis vtar, poena premit comes (conf. Quiltorp. l. c. Sect. II. not. a. ad §. 29.). Iam vero si leges nostras respexeris, et in primis eam, quae d. XXII. Iul. a. 1735. lata est de illicita ferarum captura (vid. P. O. p. 251.) reperies, poena aliquem teneri, quamprimum laqueos ferarum captandarum gratia posuerit. Quae cum ita sint, haec actio secundum illud ius, quo nos obstringimur, in numero delictorum reuera admisiorum reponenda est, non inchoatarum, in quibus, vt Icti loquuntur, conatus delinquendi proximus existit; neque minorem adeo infamiam habet, quam aliud furtorum genus.

31) Lex de 29. Ian. 1709. in app. cit. p. 378.

Leyes istae continentur conjecturis, sed iis, quae ab ipsa rei natura proficiscuntur, quod demonstrabimus §. sq. Quum vero praesumtiones, quae et ipsae iuris sunt, elidi queant, pagi quoque liberandi sunt poena, si praesumtiones, in quibus leges illae nituntur, elidere possunt.

§. IX.

Quaeritur, num leges illae ad similes causas transferri, et hi, qui agri compascui vel priuilegii ad siluam fruticetaque caedenda spectantis participes sunt, poena in eos, qui lignum e silua furantur, statuta adfici, nisi nomen furis deferant, iure possint? Cum ius nostrum cuilibet indicium maleficii editi iniungat, illae etiam leges, quae non, ut ita dicam, loco exceptionum a regula habenda sunt, id quod cl. Kerstens⁽³²⁾ monuit, ad alias easque similes res transferri utique possent, nisi argumenta quaedam ac rationes, quo minus id fieret, prohiberent. Nam primum intuitu poenae leges istae a generali illa⁽³³⁾ qua maleficio

32) Kerstens l. c. §. 40.

33) Iure communi diserte cauetur, ne quisquam poenam criminis ab alio commissi luat. Notissima enim lex est, qua delicta suos tenere debeat auctores L. 21. C. de poenis. cf. Tot. Tit. D. arb. furtim caesarum. Eadem ad rem saltuarium transferenda est. vid. Estor *Anweisung für die Beamte und adliche Gerichtsverwalter* p. 2. §. II. 70. Ne heres quidem proprio puniendus est propter delicta testatoris, L. 33. et 58. D. de oblig. et act. conf. Boehmer ad Carpz. qu. 151. obs. 1. nedum quisquam aliis propter delicta aliena. Alioquin lex specialis requi-

sico poena delicti luenda est, plane recedant, quippe quae sanciunt, vt, qui communiter pascunt, noxiorum dent poenas, nisi nomina eorum deferant. Deinde in causis poenalibus benignior mitiorque interpretatio seueriori sane praeferenda est: (³⁴) quunque casus poenales sint stricti iuris; in iis extensio non locum habet. (³⁵) Tum omnis extensio ab eadem causarum indole profiscatur necesse est: vt adeo, quae alio fundamento nititur, iure meritoque improbetur.

Si loca inculta alicubi et tesqua deusta sunt, id quod procul etiam ex fumo, qui fumum fertur, et ex igne confessim cognoscitur: probabili iudicio suspicari possumus, eos, quibus communiter pascendi ius est, auctorem quoque huius rei delaturos esse, vel ipsos in societatem eius venisse, vt asperis locis fetus progerminarent iucundiusque praeberetur pabulum, vel denique per imprudentiam id factum esse et incuriam pastorum, cuius tamen culpae poenas ipso, tamquam domini, iure ac legitime luere debent. Quid enim rationis ita agendi habeat alienus seu peregrinus, cui neque ibi pascendi ius, neque in locis asperis ac tescis quidquam negotii, neque combustio vel minimus usus est?

Laquei, quibus lepores capiuntur, non nisi interdiu ponи possunt, quoniam vestigia leporina noctu plerum-

quiritur, qualis v. c. lata est in actione de effusis et dejectis.

34) L. 155. D. de R. I.

35) Baldus in *lege Cum proponas C. de hered. inst.*

XXIV

plerumque iis locis, quae niue non obruta sunt, indagare haud licet. Itaque si quid aliud, veri profecto simillimum est, a vicini loci incolis laqueos in sua agri parte repertos vel ipsis positos esse, vel a suis, a quibus ponendos illos curarunt, aut certe eosdem, quis eos posuerit, non ignorare. Ecquis enim est, qui sibi persuadeat, incolam aliquem remotioris pagi quotidie, perexigui commodi causa, tam longe vitro citroque commeaturum esse, ut laqueos vel scrutetur, vel futuro usui accommodet, quum praeterea periculum sit, ne in ipso delicto deprehendatur.

Longe alia est ratio furti lignarii. Hoc enim furtum plerumque fit noctu, et saepe etiam perpetrari potest ab incolis aliorum vicorum et praefectoriarum, quae ab eo loco, vbi ablata sunt ligna, aliquot milliaria distant. Huc accedit, quod eiusmodi furtum minus manifestum est aliis, et fur lignarius saepe tam astute facit, ut locum, vbi arbor excisa steterit, humo glebisque obtegat, et ramenta vel assulas ligni in terram defodiat, ita vix rei saltuariae peritissimus ex templo caefam arborem desideret. Talis itaque prae sumptio, qualis in legibus supra memoratis exigitur, ab hac re prorsus aliena est, idque vel solum argumento est satis firmo, ad eam non transferri posse leges illas.

§. X.

Maioris momenti indaginisque difficilioris quaestio est: Officiumne eorum, quibus materiae caedentiae et pascendi ius est in filia, secundum ius consuetudina-

tudinarium prouinciale ita fecit, vt damnum⁽³⁶⁾ furto factum praestent, donec furis nomen detulerint? B. de Finckh ad eiusmodi quidem ius prouocat: quod tamen haud reperiri, infra ostendemus. Cl. Kerftens contra contendit, illud existere omnino non posse, quum, (quo quidem arguento et ipsi vulgo vtuntur) sanae rationi et saluti publicae aduersaretur, adeoque irrationalib[us] foret, et neutiquam locum habere posset. Hanc sententiam refutare, nullius est negotii. Quidquid enim scripta lege fanciri potest, eius respectu legem quoque non scriptam fingere licet, modo vtraque rationi sanae et saluti rei publicae consentanea sit. Quaestio igitur est, quam moueo, vtrum lex, qua cauetur, vt, qui ligni in silua caedendi et pascendi iure vtantur, damnum furto adeptum praestent, donec auctorem delicti indicent, quaque itaque cura iis siluarum implicite, vt vulgo loquantur, demandetur, irrationalibilis confenda sit, nec ne? Talis lex non necessaria tantum et vtilis, sed, si animaduersionis seueritas pro rei conditione temperatur, non iniqua etiam vel dura foret et acerba. Inopia ligni, quae in his

36) Hoc verbo de industria vsus sum. *Mulcta (Bruchgelder)* mea quidem sententia non nisi compensatio damni confenda est, quoniam fures lignarii praeterea supplicio adficiendi sunt, vel militum numero inferendi, vel, postquam abolita est haec poena, pro rei conditione ad opus publicum condemnandi. Vid. Lex lignaria p. 158 inferta Ordini disciplinae publicae §. 12. et appendix huius ordinis p. 380. 252 et 253. Quae quidem poenae in omnes loci alicuius incolas constitui non possunt.

D

XXVI

his Augustissimi Regis nostri terris in dies ingrauescit
incolisque earum multiplici ratione plurimum impor-
tat detrimentum, omnibus, proh dolor! notitior est,
quam vt dubitari possis, quin cuilibet bono ciui, cui
salus patriae curae cordique est, iam dudum in opta-
tis fuerit, vt ea quacunque ratione propulsaretur, et
a filiis potissimum prohiberentur furta, quae ad illam
augendam multum valuisse constat. Remedia ad hunc
finem consequendum adhuc adhibita in irritum cecid-
erunt propterea, quod non semper, quis fur ligna-
rius esset, explorari et merita delicti poena peti po-
tuit, quo quidem ipso aliis furandi libido adcenfa est.
Finis tamen ille obtinebitur profecto, si incolae pago-
rum vicorumue, qui et communiter pascendi, et ar-
bores virgultaque in filiis, ex quibus vna vel plures
furto ablatae sunt arbores, caedendi ius habent, ipfi
auctorem huius rei inuestigare aut damnum resarcire
coguntur. Sic furta ista erunt rariora, quoniam in-
colae illi se inuicem cauebunt, peregrini autem multo
magis dubitabunt in filiis furtim aliquid illiciti com-
mittere, quod ab his incolis, quorum cura custodia-
que iam intentior est, et a tot hominibus, passim ibi
obuiis, facile in lucem proferri possit. Quemadmo-
dum itaque veram exinde ac manifestam vtilitatem
capit res publica, cuius nimium quantum interest, fili-
nas et ab omni detimento sinceras integrasque con-
seruari, et quantum fieri potest, excoli, ita illud vi-
cinis pagis vicisue neque multum creat molestiae, ne-
que iniuriae quid infert, cuins praeterea pro certa
rei conditione, quumque singulorum ciuium sit, salu-
tem publicam, si opus fuerit, iactura familiaris adiu-
uare,

uare, haud magna vtique ratio habenda sit. Id vero,
 quod modo de molestia huius rei diximus, verum
 omnino esse, persuasum erit ei, qui vel reputauerit,
 si incolis pagi communiter pascendi et lignorum vir-
 gultorumque caedendorum facultas sit, vix ullum
 praeteritum esse diem, quo non serui vel pastores
 eorum vel ipsi ad eum locum veniant, vbi arbor fur-
 tim caedatur. Quod quum ita sit, non facile, quod
 interdiu sit, illis latebit, et saepe etiam a fragore,
 quem arbor securi icta edit, colligere poterunt, eam
 excidi. Vtrum vna eademque nocte arbor, potissi-
 mum ea, quae iam aliquantum creuerit in altitudi-
 nem latitudinemque, et caedi et absportari queat,
 ego quidem disceptare nolim, sed iudicio eorum, qui
 rei saltuariae peritiores sunt, id diiudicandum per-
 mitto. Quum tamen postero die vestigia certe huius
 rei deprehendantur necesse sit, incolae vicorum fa-
 cile ea indagare poterunt, vt occulta in lucem protra-
 hantur. Neque ullam in hac re iniustae feueritatis
 suspitionem subesse intelliges, si animo tecum reputa-
 ueris, incolis horum pagorum non tam alienum im-
 putari factum, quam potius propter communem,
 quae inde et in ipsis et in rem publicam redundet,
 utilitatem, aliquam curae siluarum partem deman-
 dari, cui saltuariae rei praefecti non soli pares sunt,
 quamque ciuibis probis et patriae amantibus haud
 detrectare licet. Quo sit, vt incolae vicorum pro iu-
 ratis quasi siluarum curatoribus habendi sint, huius-
 que conditionis respectu officium eorum est, quan-
 tum possunt ac valent, curare, vt lex lignaria quam
 diligentissime obseruetur, et ne huius immemores esse

D 2

vide-

XXVIII

videantur, neque in ipsis villa culpa et societas cum maleficio inita resideat, furtum, quod latet, inuestigare. Eiusmodi vero cura omnino ciuibus iniungi potest, et ex iis, quae modo disputauit, patet, eam nec sanae rationi nec saluti publicae repugnare. Ex quo efficitur, in hac quoque re ius consuetudinaria fangi posse, quod neutiquam irrationalib[us] confendum sit.

§. XI.

In eadem sententia esse supremum Augustissimi Regis nostri iudicium, vel ex hac causa intelligitur. Vthledae in praefectura Hagenli dnodecim incolae, quae vulgo Hoffschlagen vocantur, iuxta agros suos campum siluestrem possident. Hi quoties inde ligna furto ablata sunt, et auctor delicti ignotus fuit, pro eo poenam soluerunt, quod ex rationibus a 1736 vsque ad 31. Martii a 1760 intelligitur. Quum autem mulcta inde a d. 1. Maii ad d. 1. Maii 1761 summam XLVII numorum imperialium conficeret, eaque a iudicibus exigeretur, vim consuetudinis illius impugnarunt et praefectis Hagensibus litem intenderunt in iudicio aulico. Quod hanc sententiam dixit: *Dafs beklagtes K. Amt Hagen von angestellter Klage zu entbinden und dasselbe die dem Dorfe Uthlede ab anno 1660 primo Maii usque eundem 1761 angefetzte Bruchgelder wegen der im Uthleder Baurenholze, die Heestern genannt, begangene Forstfrevel, wovon die Thäter nicht ausfindig zu machen, einzutreiben berechtiget, und klagende 12 Hoffschlagen als Amts-Eingefessene zu deren Entrichtung pro rata zu concurriren schuldig und gehalten seyn. Contra quam sententiam quum actores ad summum Tribunal*

bunal appellassent, contendentes illam consuetudinem habendam esse pro irrationabili, reiecta est appellatio his verbis d. 17. Iun. 1766.

Nach demmahlen aus den nunmehr beygebrachten Extracten sich offenbar zu Tage legt, wie bereits in annis 1736, 1738, 1740 Imploranten wegen des in ihrer privativen Holzung geschehenen Diebstahls zur Strafe geschrieben, von 1745 aber bis 1761 als bis zur Zeit der erhobenen Klage von Jahren zu Jahren auf gleich Weise gegen dieselben verfahren worden, solche vieljährige und einstimmige actus aber, eine verbindliche Observanz, welche pro irrationabili nicht zu achten, allerdings einzuführen vermögen, als kann so wenig dem wegen zu erkennender Processe, als dem vom Advocato wegen Erlassung der Strafe geschehenen Sachen deferirt werden.

§. XII.

Consuetudinem firmam et constantem raro aliqui reperies; sed accurior potius rei inuestigatio te docebit, eamdem actionem plerumque a diuersis hominibus non eodem modo ac tempore suscipi vel edi. (37) Hinc difficile est ad probandum, ius consuetu-

- 37) Rem ita iam apud maiores nostros comparatam fuisse, compilator Speculi Saxonici docet L. 3. art. 64. Der Gegend ist auch genug binnen dem Herzogthume und Lande zu Sachsen, die sonderliche Rechte haben wollen. et art. 42. Laßt euch nicht wundern, daß dies Buch so wenig sagt von der Dienstleut Recht. Denn es ist also mannigfalt, daß niemand sein zum Ende kommen kann und mag. Dann unter jeglichen Bischoffen und Aebten und Aebtischen haben die Dienstleut sonderliche Rechte, und

XXX

fuetudinarium existere, quod omnibus commune sit.
Constat enim, ut eiusmodi ius constituatur et in rem
publicam inducatur, opus esse

A. *confuetudine ciuium.* Quae ut oriatur, necesse
est

a) plures editas esse actiones. Nam alioquin ea-
rum repetitio ne cogitari quidem potest. Quot vero
requirantur, de eo magnopere disceptatum est, et
iuris peritissimi arbitrantur, duos sufficere. Ego con-
tra existimauerim, discrimen statuendum esse inter
actiones, et distingendas esse, quae crebro, ab iis,
quae raro fiant. Si illas respexeris, plures editae sint
necessae est: (³⁸) si has, non item. Quod enim saepius
contingit, non adeo animum adscit: quo vero ra-
rius est, eo facilius oculos mentemque mouet. Vere
itaque contendimus, si frequenter quid faciant ciues,
non illa id mente fieri, ut eo obligentur, sed incuriam
quamdam subesse. Eam ob causam tot facinora oportet
commissa esse, ut inde lex aliqua eaque perpetua
elici queat,

b) eas ciuium suisse actiones.

Quod si autem ius non scriptum in rem publicam in-
duci volumus, non satis est, plures actiones, sed ne-
cessae est, easdem plurimis non contrarias reliquis lo-
cis factas esse

c) eas

und darum kann ich hie das alles nicht entscheiden. et
art. 79. Nach ihren sonderlichen Dorfrecht etc.

38) Möllenbeck thes. ad L. I. S. III. n. 28. Struben
rechtl. Bed. T. I. n. 130. Von dem Busche de confuetu-
dine unde et quando vim legis obtineat c. I. §. VIII.

- c) eas eiusdem generis et continuas
- d) publicas et liberas
- e) non sanae rationi et saluti publicae aduersarias esse.

B. Consuetudo *ex opinione moralis necessitatis* originem duxerit necesse est, vel, ut eadem res aliis exprimatur verbis, actiones ea mente susceptas esse oportet, quasi vis obligandi iis ineffet, aliquique ius habent, eas postulandi.

C. requiritur, ut haec consuetudo a principe terrae alicuius vel diserte vel tacite confirmata sit.

Haec sunt, quibus generale ius consuetudinis continetur. Quod si non satis notorium est, argumenta sunt adferenda. Ea quidem b. de Finkh duxit ex multis indicibus mulierum (*Forst-Bruch-Register*), ex quibus probare conatus est, generale ius consuetudinis locum habere, secundum quod incolae pagorum culpam furis lignarii praestare debeant, donec inuestigauerint, quis et vbi ille sit. Verum res ipsi non successit. Regula enim ac norma, ad quam omnia hic exigenda sunt, haec est: per quod consuetudo introducitur, per illud etiam probatur. (39) Quod si ad argumentum illud transtuleris, confessim reperies, actiones non sic memoratas esse, ut dijudicare possis, vtrum ita, ut supra dixi, comparatae sint, nec ne. Praeterea illae non plerisque prouinciarum nostrarum locis, sed permultis contrariae potius factae sunt:

39) Eichmanns *Erklärung des bürg. R. §. 87.*

XXXII

funt: quam ob rem confirmatio Augustissimi principis nostri fingi nequit, (⁴⁰) quae tamen omnino est necessaria, quum ille omnium legum fons sit et auctor.

§. XIII.

Hinc etiam argumentum illud a supremo iudicio repudiatum esse, ex ea causa intelligitur, quae b. de Finckh occasionem commentationis scribendae obtulit. Inter vicos Albstedt et Harrendorf sita est silua, quae germanice vulgo dicitur *die Hülle*, et in qua incolae vicorum Dorfhagen, Albstedt, Harrendorf et Finna ius pascendi habent. Respectu hūus siluae Hagenses praefecti et viri nobiles de Wersebe Meyenburgenses et Cassebrucenses iurisdictionem saltuarium communiter exercuerant vsque ad annum 1750, ex quo, pactio de ea re facta, praefecti illi in causis saltuariis foli ius dixere. Quamuis itaque ante pactionem istam incolae vicorum supra memoratorum poenam furtorum, in silua hac commissorum, non pependerant pro ipsis, qui latebant auctoribus, praefecti tamen Hagenses hoc iure confuetudinis ad silvam illam translato, mulctas annis 1751, 1752 et 1753 constitutas ab incolis, nulla intercessionis ab iis interpositae ratione habita, exegerunt.

Quae autem mulcta quum illis iterum diceretur propter furta anno 1755 facta, inhibitorum petiere a Cancellaria Regia, quae tamen praefectos Hagenses, quibus possessio fauebat d. 23. Aug. 1754 ab instan-

40) Idem l. c. §. 86.

instantia absolutuit. Quae sententia in libro supra laudato legitur. (41) Quo facto auctores ad iudicium Augustissimi Regis nostri aulicum prouocarunt et ius exigendi multas, quod praefecti Hagenses usurparfent, in controuersiam vocarunt.

Curia Regia d. 3. Jun. 1765 ICtis Wittebergenibus in consilium adhibitis hanc sententiam dixit: *Dass beklagtes Amt Hagen zuvorderst die vorgeschrützte Be-fugniß, die Brüche der von unbekannten Thätern in der Hülle verübten Holzdiebstähle von Klägern zu erfodern und beyzu-treiben in Ordnungsschrift, Gegenbeweis und beyder Theile Eides-delation und anderer Nothdurft vorbehältlich, zu erweisen schul-dig sey.* Quum deinde praefecti firmae ac planae pro-bationis loco librum supra laudatum Curiae Regiae tradi-dissent, actores autem multis testibus planum fecissent, ius illud, de quo disceptaretur, ratione siluae (*die Hülle*) olim non usurpatum fuisse; res ta-men probanda habita est pro probata, et Curia Re-gia secundum sententiam ICtorum Rintelenium d. 30. Mart. 1771 ita pronuntiauit: *Dass Beklagte nunc Advocatus Camerae dasjenige, so ihm zu erweisen obgelegen, zur Nothdurft erwiesen, mithin beklagtes Amt von der gegen dasselbe angestellten Klage zu entbinden sey.* Ita vero sen-tentia d. 12. Sept. 1776. a summo Tribunalis his ver-bis reiecta est: *Dass sententia a qua dahin abzuändern sey, dass Appellat dasjenige, so ihm zu erweisen obgelegen und mittelst der Urtheil vom 3. Jun. 1765 rechtskräftig auferlegt worden, wie Recht nicht erwiesen, folglich gedachte Urtheil nun-*

41) Finckh l. c. p. 79.

XXXIV

nunmehr dahin zu purifciren, dass unser Amt Hagen nicht befugt sey, die Brüche derer von unbekannten Thätern in der Hülle verübten Holzdiebstähle zu erfodern und beyzutreiben; sondern daffelbe vielmehr schuldig, alle von den Appellanten desfalls beygetriebenen Wrogen und Executions-Gebühren denselben zu erftatten.

Postea plures fententiae huic similes dictae sunt. Sic verbi caufa summum illud Dicasterium incolas vicorum Gyhlæ et Brauershaufæ, quibus praefectura Bremervördensis poenam maleficorum irrogauerat et hinc in Curia Regis aulica litem intenderat, quum ab ea poenae eſſent damnati, d. 22. Dec. a. 1770. iudicio absoluit.

In caufa a Lambstediensibus acta aduersus praefecturam Bremervördensem Cancellaria Regia de 21. Mart. a. 1778 ita pronuntiauit: *Dass nicht die ganze Gemeine, sondern nur die von dem Imploraten und den Unterbedienten auszumachende Uebelthäter allein zu Bruch zu notiren und zu beſtrafen, mithin Imploranten zu liberiren feyn.*

In caufa a Frellstorfensibus et Appellensibus aduersus Bremervördenses praefectos acta, Curia Regis aulica, actis forensibus antea Goettingam missis, d. 14. Dec. 1782. hanc fententiam dixit, *Dass Kläger für Holzverbrechen im Herrſchaftlichen Holzungen, worin sie mit Hud und Weyde interessirt sind, in Fällen, wo der Thüter unbekannt ift, nicht zu häften schuldig.*

Nuper etiam ſimilis acta eſt cauſa, in qua ſumnum Regis Tribunal difertis verbis dixit, eiusmodi generale

generale ius consuetudinis nondum fundatum esse. Res, de qua disceptabatur, ita se habet. Communitate siluae magnae et minorum arborum tractuum inter Cameram Regiam, pagum Zevensem, vicosque Brauel et Oldendorf fuerat sublata, per pactionem a. 1750. factam cuilibet eorum priuata siluarum harum pars concessa est, ita tamen, ut pago et vicis illis ius pascendi in tractu Regio seruaretur. Propter ea incolae istorum vicorum, quos constabat inde ab anno 1717 pro furibus, qui latebant, lignariis poenam persoluisse, damnum furtorum in illa Regia parte commissorum in posterum praestare noluerunt et Zevensibus praefectis in curia prouinciali Regia actionem intenderunt. Quae d. 4. Martii hanc sententiam dixit: *Dass Beklagte von angestellter Klage zu entbinden.* Quum actores deinde ad Summum Tribunal prouocassent et contendissent, a communis alicuius loci secundum ius consuetudinarium prouinciale poenam, ignotis furti auctoribus debitam, haud praestandam esse, die 10. Dec. a. 1791 hac sententia damnati sunt: *Wenn gleich des Appellaten (Adv. Cam.) Intention keinesweges durch eine in den Herzogthümern Bremen und Verden obwaltende allgemeine Regel und Observanz gegründet wird, nachdem jedoch mittelst des beygebrachten und zum Beweise allerdings zureichenden Forstbruchregister die von Appellanten gleichfalls vorge schützte consuetudo localis wider die Appellantens satzam dargethan worden, so ist woll gesprochen und übel appellirt, mithin das Erkenntniß Unseres Hofgerichts vom 4. May 1789 lediglich zu bestätigen.* Haec sententia in Restitutionis instantia confirmata est. Quae quum ita sint, et uniformitas sententiarum desider-

XXXVI

fideretur, (42) eiusmodi ius consuetudinis neutrum potest defendi.

§. XIV.

In Ducatibus antem nostris passim eiusmodi consuetudinem, cui vis obligandi insit, existere, nec dubium esse, patet ex variis, quas supra memorauit sententiis. Hanc vim duplici modo accipere potuit:

a) praescriptione,

quem admodum enim iura officiaque ex ea nasci vel proficiisci possunt, ita et consuetudines, quibus vis insit obligandi, modo nihil eorum desit, quae ad praescriptionem requiruntur. Iura, quae his consuetudinibus in rem publicam inducuntur, et quae vulgo iura consuetudinaria vocantur, transferenda sunt ad ea, quae de praescriptione iuribusque praescriptis praecipi solent. (43) Huius rei rationem habuere et ex ea iudicium tulere ICti Goettingenses in causis ab Appellensibus et Frellstorsensibus acta aduersus praefectos Bremervördenses, cuius supra mentionem feci; id quod ex his rationibus decidendi intelligitur: So viel aber das vom Beklagten (Adv. Cam.) angeführte allgemeine Herkommen anbetrifft, Kläger dagegen angeführt und von Seiten des Beklagten nicht widergesprochen, dass das Königl. O. A. G. diesen von der dortigen K. Justiz-Canzley in Sachen des Amtes Bremervörde gegen die Eingesessenen zu Gyhle und Brauershausen ange-

nomme-

42) Puffendorf L. I. Obs. 26.

43) Eichmann l. c. §. 84.

nommenen Grundsatz verworfen, und die damalige Beklagte den 22. Dec. 1770. von der Klage absolvirt, mithin auf solthanes Herkommen wegen offenbar ermangelnder Uniformität der ergangenen Urtheile einige rechtliche Rücksicht nicht zu nehmen steht, in Ansehung des den Klägern entgegengesetzten Herkommens aber die Acten ergeben, dass das älteste Beyspiel, welches Beklagter demselben entgegen zu setzen gewusst, nicht über das Jahr 1752 herausgeht, so mit, da die gegenwärtige Klage bereits im Jahre 1779 erhoben worden, die zur Verjährung einer Gewohnheit erforderliche Zeit von 30 bis 40 Jahren noch nicht abgelaufen gewesen, und sich also Beklagter auf eine Verjährung wider Kläger mit Beyfall der Rechte nicht berufen mag, c. 11. X. de iure consuet. c. 3. eodem in 6to. c. 25. X. de verb. sign. allenfalls Klägern als Bauern gegen die in einzelnen Fällen übernommenen Bestrafungen wegen der von unbekannten Thätern begangenen Holzdiebereyen die Unwissenheit der Rechte ihrer Rusticität allerdings zu flattren kommen würde, et s. p.

b) voluntate Principis.

Inde vera existit lex, eaque omnino discernenda est a consuetudine, quae praescriptione vim obligandi accepit. Ut consuetudo hanc vim consequatur voluntate Principis, non opus est, certum temporis spatium praeteriisse. Non desunt quidem, qui ex iure Canonicō tantum temporis, quantum ad praeescriptionem, requiri arbitrentur, et prouocent ad Edictum Gregorii IX. P. M. R. (44) Enim vero Gregorius

44) *Licet etiam longaevae consuetudinis non sit vilis auctoritas, non tamen est usque adeo valitura, ut vel iuri positi-*

XXXVIII

gorius Papa non de consuetudine loquitur, quae voluntate Principis, sed de ea, quae praescriptione vim obligandi accipit. (45) Haec quidem eadem, quae praescriptio, requirit, sed etiam sine Principis confirmatione vim obligantem consequitur. Quae quum ita sint, consuetudo illa, secundum quam incolae pagorum mulctam maleficorum, qui latent, nec ab iis delati sunt, commisere, perbreui temporis spatio vim obligandi accipere potest, si auctoritate scilicet Principis vel diserte vel tacite confirmatur, si non modo res, de quibus agitur, ad eius notitiam peruererunt, sed ipse etiam eas non prohibuit, quum tamen prohibere debuisset, nisi in posterum ita etiam agi voluisset. (46)

§. XV.

Ex iis, quae supra differui et demonstrauimus (§. X.), cognoscitur, consuetudinem illam, quae sive praescriptione, sive voluntate principis vim obligandi accepit, culpa incolarum vnius vel plurium pagorum contineri, quippe quae in negligentia curae residet, qua sit, ut quis maleficus sit, ignorent. Ex quo efficitur, ut si incolae illi huic rei curam impenderint et nihilo feciis facinus eiusque auctorem detegere

posituo beat praeiudicium generare, nisi fuerit rationabilis et legitime sit praescripta. C. fin. X. de consu.

45) Eichmann l. c. §. 86.

46) Madihn *Princ. Iur. Rom. Praecogn.* §. VI.

XXXIX

non potuerint, mulcta iis remittenda sit. Quis enim cogitatione fingat, aliquem eo, quod impossibile sit, obstringi voluisse. Quare in legibus diserte dicitur, impossibilium nullam esse obligationem. (47)

47) L. 185. de R. I.

XXX

O wundre mir der Mensch
mit Leid und Schmerzen zu leiden
und nicht mit Freuden. O wundre mir
dass die Menschen so leicht und ohne

Angst sterben.

X 2368106

Vd
18

ULB Halle
007 678 258

3






Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-842451-p0044-8

DFG

B.I.G.

Black



131797 vac. 1496, 5
5
DISSERTATIO INAVGVRALIS

DE

DELATIONE DELICTORVM IN DVCATV
BREMENSI ET VERDENSI, INPRIMIS DE
MVLCTA A PAGORVM INCOLIS, QVI FV-
RVM LIGNARIORVM NOMINA NON
DETVLERVNT, PRAESTANDA.

QVAM
ILLVSTRI IVRECONSULTORVM ORDINI
IN
ACADEMIA IVLIA CAROLINA
VT
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
RITE IMPETRARET,
MENSE APRIL. A. C. MDCCCLXXXVI.
EXHIBVIT
ET PVBLCI IVRIS FECIT
AVGVSTVS GVLIELMVS CAROLVS GEORGIVS
RIBBENTROP
B R V N S V I C E N S I S
NVNC ADVOCATVS STADENSIS.

HELMSTADII
TYPIS C. G. FLECKEISENII, ACAD. TYPOGR.

